



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cura Salvtis, Sivæ De Statu Vitæ Mature ac Prudenter Deliberandi Methodus

Hevenesi, Gábor

Coloniae, 1716

VD18 13912755

Affectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50144)

æternitati commensuratum? Si tibi offerretur posse quinquaginta annis ad tuum gustum vivere, modò horâ priùs in clibano ardente uri sustineas, anne velles inire contractum? & quomodo statum eliges, in quo centum etiam annis voluptatibus indulgere possis, sed ex quo abeundum sit ad ignes æternos?

Affectus.

O Mi Domine! quistimor & horror artus meos occupat, dum vel cogito poenas inferni, ubi cheu tot miris, veris tamen modis, tamque atrocibus & horribilibus cruciantur animæ ad coelum ex mente tua destinatæ, nunc æternum perditæ. O Domine non sinas me nunc in electione status errare; Da tu, ut tenebræ inferni me illuminent, ignis ille meum temporem accendat, gemitus illi me doceant, quid eligendum mihi sit in tempore, ne gemam in æternitate. Hic semel errâsse, æternum perivisse! Non sim ex infelicissimis illis mercatoribus, qui pro modico vendam æternitatem, quæ me vel felix vel æternum infelix expectat. Nihil hic datur medium. Tua me DEUS gratia regat, ne in re tanta turpiter aber-

aberrem, erroremque meum gemere
cogar in æternum.

Deliberaturus Cœlum consulat.

*Gaudebit cor vestrum; & gaudium vestrum
nemo tollet à vobis. Joan. 16.*

I. **C**Um fide doceamur animam ho-
minis rationalem eo fine à DEO
creatam esse, ut cœlum obtrineat, om-
nique bono æternum fruatur, si sanæ
rationi conformiter vivere ac operari
vult, omne ejus desiderium, cura &
solicitude eò ferri debet, ut animam
suam salvet, hoc obtento felicissimus,
sine hoc miserrimus, licet præter hoc
omnia alia possideat. Cœlum est om-
nis boni possessio; gaudium sine mœ-
rore, requies sine labore, sanitas absque
languore, spes sine amittendi periculo,
abundantia sine defectu, vita sine mor-
te, beatitudo sine calamitate, perpe-
tuitas sine metu. Estne aliquid, quod
præterea optare possit homo? & hoc
tibi DEUS destinavit Parthenophile!
huc ut venias, contemne viliora. Cur
per multa vagaris, quære bonum, quod
habet omne bonum.

2. Quod Mater Machabæorum à fi-
lio, hoc à te DEUS desiderat; *Pete nate,*

¶